



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 21. Num conservator absolvere possit à censuris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

2. vide Rom. d. iudere num. 6. ff. de iurisd. omni. iudicium, Innocent. cap. cum olim Papa num. 2. de privilegiis.

QUESTIO DECIMA NONA.

Utrum Conservator invocare possit brachium Sæculare.

DE imploratione brachii Sæcularis quedam tradidimus alio in loco de iurisd. dict. ord. in exemptos lib. 4. quest. 39. § 2. 111. num. 16. 19. 20. Qui plura velit, videat ex professo Franciscum Molinum, tractat. de brachio Sæculari, Navarrius in Rep. cap. cum contingat. Rom. 1. de Rescriptis, Andreæ Gaill lib. 1. observ. 115. DD. cap. significanti de offic. deleg. Et etiam infra hoc loco quest. 37.

QUESTIO VIGESIMA.

An mittere poterit in bonorum possessionem.

SUNT afferentes & negantes sententiæ, uti videre est ex iis quæ tradidi dicta quest. 11. numero 22. Et seqq.

QUESTIO VIGESIMA PRIMA.

Num Conservator absolvere possit à censuris.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Conservator absolvit à censuris à se laicis, nisi superior conservator absolutionem sibi refervasset, aut illius iurisdictioni expresset. | 3. Confirmatio Papa quid operetur. |
| 2. Lamenta, nisi Papa excommunicationem confirmasset. | 4. Conservatores absolvunt eos, qui Ecclesias ipsi subiectas volunt. Absolvendi potestatem an conservator possit subdelegare. |

Respondetur, quod à censuris à se laicis absolvere possit. cap. prudentiam § sexto de offic. del. cap. Pastoralis §. præterea de offic. ordin. gloss. cap. cum inferior verb.

verb. ligare ubi Fel. num. 5. de major. & obed. Innoc. ca. 1. de offic. del. in 6. cap. querentibus
 tra eod. Gregorius Sarrus. Anglus in thesauro Theolog. moralis lib. 2. cap. 20. tomo 1. Pe-
 gulariter enim penes eum stat absolutio, penes quem fuit condemnatio, / nihil tam
 naturale l. nemo qui condemnare ff. de Reg. iur. cap. verbum ubi Navarr. de penit. dist. 1.
 & in Manuali cap. 27. num. 40. Gregor. Sarrus d. quest. 20. num. 7.

Limita 1. nisi superior conservatoris absolutionem sibi reservasset, cap. grave
 ubi Abb. num. 7. de prabendis, Silvester verb. absolutio 1. num. 3. §. octavo, Sarrus
 d. loco numero 8.

Limita secundo, conservatorem absolvere non posse post anni lapsum à data sen-
 tentia, cap. querenti ubi gloss. verb. ante lisis contestationem de offic. deleg. ubi DD. id quo
 eo casu, quo post anni lapsum iurisdictionis conservatoris expirat, secus si sit perpetua,
 de quo quaestione 18. meminimus.

Limita 3. nisi conservator à tempore excommunicationis quam tulit, ipsemet in-
 currat excommunicationem majorem, secus vero si minorem. Angel. in summa
 verb. absolutio in pr. Gregor. Sarrus d. ca. 20. aut etiam ab eo tempore iurisdictionis sua
 dissolvatur. Sarrus ibid. num. 11. cap. duobus ubi gloss. de sent. excom.

Limita 4. nisi conservatoris excommunicationis esset incendiarium, eo enim in casu
 non ipsi, sed Papae absolutio est reservata, cap. tua nos de sent. excom. Sarrus d. cap. 20.
 n. 10. Ang. ubi supra. Silvester verb. absolutio. 1. n. 3.

2. Limita 5. nisi Papa excommunicationis sententiam per conservatorem latam ex
 certa scientia confirmasset, cap. ex frequentibus ubi gloss. & DD. de insti. Pontifex e-
 nim ex certa scientia aliquid confirmans, suum illud facere videretur, cap. si Apostolica
 de prabend. in 6. cap. 1. de confir. nisi & inutili. Dixi, quando ex certa scientia confir-
 mant, hoc est, quando tota causa illi fuit explicata, seu quando in asinertur totius res-
 nor rei confirmata, vel cum Papa utitur clausula ex certa scientia, de qua quaedam
 alio in loco notavi, lib. 1. de iurisdic. ord. in exempt. quest. 50. num. 36.
 3. Secus liquet, huiusmodi confirmationem esse subrepticam, cap. 2. de confir. utili, aut
 si sit concepta in forma communi, id est, sine causae cognitione, nam tunc conser-
 vator qui innoavit, solvere poterit, Sarrus d. cap. 20. num. 12. Abb. cap. 1. num. 6. de
 confir. utili vel inutili.

Limita 6. in conservatoribus quibus tantum simplex executio & nudum ministere-
 rium sine causae cognitione commissa est, glo. cap. perveni ubi glo. v. facere 7. quest.
 1. Navar. in Manuali cap. 27. num. 44. Sarrus d. cap. 20. num. 13.

4. Dico secundo, conservatores absolvere posse eos qui Ecclesiam suam conservatoriae
 subjectas infringunt, incurunt enim ejusmodi effractoress censuras in quas, si impin-
 gunt, qui libertatem Ecclesiasticam violant, de quibus scripsi superius, Scholio 7.
 quos proinde conservator velut suae conservatoriae & iurisdictioni subjectos potest
 absolvere, Emanuel. Roder. quest. Reg. tom. 2. quest. 2. art. 2. cum ea tamen
 unca

uneca, quam ante præmissi.

Dico 3. Conservatorem in casibus quibus potest absolvere, potestatem eandem
 posse alteri committere, *Navarr. in manuali cap. 27. num. 45. vers. octavo 3 gloss. cap.
 fin. de offic. ordin.*

QUESTIO VIGESIMA SECVNDA.

Quam pœnam incurrant, qui Conservatoris officio abutuntur.

SUMMARIUM.

1. Suspenditur conservator qui officio abuti-
tur.
2. Suspendus non privatur distributionibus
quotidianis.
3. Procurans ne conservator faciat aliquid
extra suum officium, incurrit censuras.
4. Ignorantia excusat conservatorem, &
qualis ea esse debeat.

Conservatores secundum juris terminos constituti officio abutentes, hoc est, in
 non notoriis se intromittentes, uno anno ab officio sunt suspensi, *cap. 1. Et fin. de
 offic. del. in 6. ubi Ioan. Andreas & DD. Franciscus de Placetract. de excommunicat. o-
 ne §. 17. vol. Ocean. 16. fol. 205.* quæ quidem suspensio tria comprehendit, executione-
 nem ordinis, jurisdictionis Ecclesiasticæ & Ecclesiæ rerumque Ecclesiasticarum ad
 Dei cultum administrationem, *Sayrus de censuris lib. 4. c. 5. Barth. Vgolin. de censuris
 Ecclesie tab. 4. c. 6. n. 1. Et seqq.*

Declarata tamen, hanc suspensionem non inferre privationem à distributionibus
 quotidianis, *Navarr. d. cap. 27. num. 160.* à quibus tanto tempore sub pœna irregula-
 ritatis debet abstinere, *cap. 2. de cler. excom. late Vgolin. d. loco tab. 1. c. 14. §. 1.* qua tamen
 de re videatur Alex. Moneta, *de distrib. quotid. part. 2. cap. 15.*

Limitari, nisi conservatoria sit concessa cum facultate cognoscendi de aliis, *Na-
 varr. in Manuali cap. 27. num. 157.* Soares *de censuris disput. 23. sent. 4. num. 10.* seu
 quod in idem recidit, nisi judicialis indago sit ei commissa, *Navarr. Et Snar. iam
 citati.*

Porro pars eius instigatus conservator limites sui officii transiit, eo ipso excom-
 municationem incurrit, à qua non potest absolvi, priusquam captaverit animum eius
 quem hoc modo fatigavit, *d. cap. fin. §. seu vers. pars vero ubi gloss.* Idem respondeo
 in iudicio item collegia vel universitates quæ censuras incurunt, quarum est capax,
 idque nisi uti prædixi, conservator procedere possit in eis qui judicialem habent in-
 daginem.

Limi-